Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in omnibus sanctis martyribus.

Incip. ps. c. viii. mord. c. viii. intitulo.

DIXIT

DNS

Dno meo.

sede ad dexteris meis.

Dixit dns dno meo.

Titul. ps. dauid. Pater. Psalmus iste est septimus eorum qui agunt de duab; naturis in xpo. qui plene et breuiter de incarnatione, et omnipotentia deitate xpi dicit. sicut iohannes in euangelio. In principio erat uerbum. et uerbum caro factum est. Totum hic summatim dicit de duabus naturis xpi. quicquid utroq; testamento continet. In tentatione ppha hortat subici xpo. Modus triplex est psalmi. Primo refert ppha. uerba patris de filio. in quib; scilicet in his que in prima parte dicuntur. natura deitatis et humanitatis xpi exponit. Secundo pater indicat naturam deitatis aliquatenus. ibi. Tecum principium. Tercio ppha agit de humanitate xpi. ibi. Iurauit dns. Et pheta et naturam deitatis primo aperiens ait. Dns pater dixit. More nro loquitur ppheta cum ait. Dixit. ut homo. s. instruatur. non enim ore prolitus; dixit. id est. 1. effectu. Vel potius. 1. generatione. Vel dixit. 1. eternaliter disposuit. dno meo. 1. filio. qui dns meus est. secundum sedem qd homo. 1. ipse homo. non tamen excludo qd homo. phoc qd dicit dns dno. idem nomen repetitum

do. personas discerne. Iuna naturam. et potentiam personarum accipe. Item qd ait dno meo. hoc deitatis indicium est. qd uero ait sede et uirgam uirtutis. hoc humanitatis indicium est; quid dicit pater filio. hoc. sede. 1. post laborem quiescite. et contregna. secundum qd homo. sede non solum in alto ut excellens dneris. s; etiam in occulto. ut latens et occultus credaris. quia non est merces fidei. nisi lateat qd credimus. Substrati autem sub. qui hic infirmi sunt et nondum sursum. sperant et credunt qd non uident. hec est iustitia fidei. de qua dns dicit in euangelio. Cum uenerit paraclytus arguet mundum de peccato. qd non credit. et de iustitia. quia ad patrem uado. et iam non uidebitis me. 1. hoc erit iustitia ura ut credatis mecum quem non uidebitis. Tunc enim iustus ex fide uiuit. si non uidet qd credit. Dum g ait sede. duo notat. scilicet eum post passionem laborem passionis quiescere et contregnare. et in occulto esse. Sede dico. ad dexteris meis. 1. in potioribus meis bonis. vel sede ad dexteris meis. 1. contregna coequali mihi. ut per dexteras accipiatur equalitas quam habet xpus cum patre. Donec ponam inimicos tuos. scabellum pedum tuorum. Virgam uirtutis tue emittet dns ex syon. dominare in medio inimicorum tuorum.

Donec ponam. ait. d. Sede occultus. donec regnes manifestus; et hoc est. Donec ponam inimicos. s. p. tuos. 1. subiectos per fidem tue diuinitati. A simili loquitur cum ait. scabellum. per qd subiectio plena notatur. per pedes eterna stabilitas intelligitur. hoc autem corrigite. et si paulatim agitur. et pagitur in conuersis. vel